**1124** Ad Cadir in agro Sterlinensi CAMD. apud Seld. Videtur periisse.

DEO
S I L V A N O
L · TANICVS
VERVS
5 PRAEF V S L L M

Selden marm. Oxon. p. 57, VII (inde Reinesius 1, 104; ex hoc Gudius ms. p. 1147, 3, ed. p. 42, 9; Prideaux p. 309, V; Maittaire p. 62, 189; Horsley p. 207; Goughs Camden 4 p. 102; Hodgson 2, 3 p. 267) ex schedis Camdeni, unde ego non habui.

Nomen praefecti gentile corruptum est.

**1125** *In the library of Glasgow, given by Orbeston* SIBB., GORD. Prope *Calder* vel ad castellum *Bemulie* repertam esse affirmaverunt HORSLEIO. Servatur Glasgoviae in museo Hunteriano; ex dono D. Caroli Maitland fratris germani comitis Laudeliae (*the Earl of Lauderdale*). Rep. *at or near Bemulie about 150 years ago* ROY, STUART. Lapis longus ped. 1 dig. 7, altus dig. 10.

P · LEG · II · A
Q · LOLLIO VR
LEG.AVG PR·PR

Contuli. Sibbald *hist. inq.* p. 49; Gordon it. sept. p. 63 tab. 11 fig. 2; Stukeley it. bor. tab. 74, 2[d], 7; Horsley p. 197 *Scotl.* 8 (inde Goughs Camden 4 p. 99 tab. 3 fig. 6; Hoare Gyrald. Cambr. 1 p. 125. 131 tab. 2, 6; Hodgson 2, 3 p. 267; Newton p. 110, 37); Wilson *prehistoric annals* p. 374; Stuart p. 318 tab. 10 fig. 3. Supplementa mea sunt; similia iam proposuit Horsleius. 1 P·LEG·II·AV Stuk. 3 LLG·AVG·PR·RE Stuk.

[*Imp(eratori) Caes(ari) T. Aelio Hadriano Antonino Aug(usto) Pio p(atri)*] *p(atriae) leg(io) II A*[*ug(usta) fe(cit)*] *Q. Lollio Ur*[*bico*] *leg(ato) Au g(usti) pr(o) pr(aetore)*

De Q. Lollio Urbico v. supra p. 192.

**1126** In pago quodam Scotiae (prope Glasco) vulgo Cadar dicto in aedibus socrus dn̄i Ioh. Nepair in turri vetusta legitur haec inscriptio GERIC. (apud Grut. in cod. Lugd., similiter Scal. in Grutero suo). Ad Cadir parieti domus infixa CAMD.[?] In domo cuiusdam viduae de Cader prope Glasco in Scotia in turri vetusta circa fenestram haec legitur inscriptio ANON. (Sibb.?). *Near to Cadir Manor this was found* SIBB. (in turre de Calder IDEM mus. Balf.). *From Bemulie brought to Calderhouse through Mr. Stirling of Kier* GORD. *A stone digged out of the ruinous ditch of Graemes Dyke, now fastened in the wall of the house of Calder, pertaining to the Lord Sandilands* MORT. *Found somewhere about Bemulie,.. it lay a long time at Cadder* STUART. Servatur Glasgoviae in museo Hunteriano; de origine tacent MONUM. SCOT. Lapis longus ped. 2 dig. $10^1/_2$, altus ped. 2.

IMP · CAES · TITO · AELIO
HADRIANO · ANTONINO
AVG·PIO·P·P·LEG·II·AVG
PER · M · P · III DCLXVIS

Contuli. Gruterus cod. Lugd. Pap. 6 f. 92 'communicavit Crispinus Gericius' (Scaliger in exemplo suo Gruteri 'habui ab optimo viro Crispino Gericio Albingensi Borusso'); Camden ed. VI p. 699 'habui .., ut Servatius Rihelius nobilis Silesius, qui has regiones curiose observavit, mihi descripsit'; cf. n. 1143 (Donat. p. 139, 8 'e schedis P. Gnocchi'; Orell. 3566); Anonymus cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 280 fortasse item a Gericio; Sibbald mus. Balfour. p. 205, *hist. inq.* p. 50; Gordon it. sept. p. 54 tab. 10 fig. 2 (inde Maffei M. V. p. 446, 12; ex Maff. Donat. p. 140, 7); schedae Mortonis n. 3 male; Horsley p. 198 *Scotl.* 10 (inde Goughs Camden 4 p. 99 tab. 3 fig. 7; Hodgson 2, 3 p. 267; Newton p. 110, 36); Monum. Scot. 11 (imo 10); Stuart p. 319 tab. 10 fig. 2.

Initio v. 4 equidem mihi visus sum F litterae vestigia deprehendere; sed cum visa sint ab alio nullo puto me errasse. 2 HADRIANNO Stuarti tabula, errore. 4 DCIX VIS Camd., DCIXVII Mort.

**1127** Ibidem (praecedit n. 1126) GER. Ad Cadir intra coronam lauream a duabus Victoriolis sustentatam CAMD. In domo dn̄i de Cadar prope Glasco ex dono dn̄i Naperi intra coronam lauream a duabus Victoriolis sustentatam ANON. *At Calder* SIBB. (*in the New Work at Calder* mus. Balf.). *From Bemulie brought to Calderhouse by Mr. Stirling of Kier* GORD.; HORSL. *At Calder, in form of a square, every way 3 foot measure;* est corona civica, et additur cornucopiae alatis hominibus suffulta in signum Victoriae MORT. *Built up into the front of the mansion at Cadder* STUART. Litterae intra sertum laureum, quod sustinent Genii duo (ut videntur, non Victoriae) cornu copiae insistentes ambo; cornua copiae terminantur in capita aquilarum.

LEG
II
AVG
FEC

Anonymus cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 281; Camden ed. VI (1607) p. 699; Gruter cod. Lugd. Pap. 6 f. 110 a Gericio (Scaliger in Grut. suo ab eodem); Sibbald mus. Balfour. p. 205, tractatus varii (spec. gloss.) p. 52, *hist. inq.* in tab.; Gibsons Camden p. 1103 (Donat. 139, 9 'ex schedis Gnocchi'); Gordon it. sept. p. 54 tab. 12 fig. 1; Stukeley it. bor. tab. 74, 2[d], 10; Horsley p. 198 *Scotl.* 9 (inde Goughs Camden 4 p. 98 tab. 1 fig. 11; Hoare Gyrald. Cambr. 1 p. 124. 131 tab. 1, 4; Hodgson 2, 3 p. 267; Akerman *archaeol. Index* p. 73); schedae Mortonis n. 4.

4 REG Sibb. mus. Balfour.

Cf. n. 1123.

**1128** *At Cadder, fragment of a stone; there is what appears to have been the letter* II *and underneath this a horizontal line and the letter V:*

*leg*
II
*a* V̄ *g*
*fec*

Ioh. Buchanan *proceedings of the soc. of ant. of Scotl.* I 2 (1854) p. 173.

# X. *CASTLEHILL*,

## STATIO PER LINEAM VALLI OCTAVA?

Accedit *East* (sive *New*) *Kirkpatrick*.

Nullae, nisi fallor, allatae sunt causae idoneae nec ab antiquioribus Gordone et Horsleio nec a Guilelmo Roy (p. 158) et Roberto Stuart (p. 312), quae probent ad *East Kirkpatrick* vicum re vera fuisse valli stationem (cf. Horsley p. 166). Vestigia enim aut nulla observavit Roy aut paene nulla, cui merito in talibus fidem maximam habueris; tituli duo (n. 1131. 1132) coniectura tantum ibi reperti esse creduntur, prodierunt vero ad *Summerston* alter, alter aut ibidem aut, si testem antiquissimum Sibbaldum audimus, in *Castlehill*. Quare tutius visum est nullam facere ad *East Kirkpatrick* stationem, ut fecerunt antiquarii Britanni omnes, titulos autem illos duos contribuere cum eius, quam proximam in valli linea stationem fuisse certum est. Vocatur autem situs eius a vulgo non sine ratione *the Castle hill* (Horsley p. 165; Roy p. 158; Stuart p. 305), cum natura munitissimus sit; tituli soliti sunt vallenses (n. 1130. 1133. 1133 *a*) praeter unum (n. 1129), qui a praefecto quodam cohortis IV Gallorum dedicatus est matribus campestribus, quae et ipsae testantur campum vel castra ibi fuisse, et provinciae Britanniae. Itaque hic fortasse collocanda est Ravennatis Litana.